

principes (et omnes iudices terre) **I**uvenes et **V**irgines
senes cum iunioribus laudent nomen domini / quia exaltatum est nomen
eius / omnis potestas omnis etas. omnis sexus laudent nomen
domini nostri saluatoris qui propter dedit nomen quod est super omne nomen.
Quid per singula. **C**onfessio laudis dei est super celum et ter-
ram / quia omnes creature tam celestes quam terrestres de-
bent eum laudare / est etiam super eas quia maior est et superior omni
laude earum. tamen etiam laudandus est (quia exaltauit deus pater
cornu populi sui) id est christum populi sui redemptorem / qui dicitur
tur cornu quia superior est toto corpore per excellentiam / durior
carne per iusticiam / mollior osse per misericordiam / exaltauit qui-
dem in sua passione quia per eam mundum de captiuitate rede-
mit / exaltauit in resurrectione in qua eius corpus surre-
xit gloriosum / exaltauit in ascensione in qua tamen ascendit
quia sedet ad dexteram patris. **I**mnus id est laus cum cantico fi-
et deo (ab omnibus sanctis eius perpetuo / sanctis dico. scilicet fi-
liis israel). id est fidelibus christianis qui per illam fidem per quam abraham
placuit deo. israelite facti sunt. id est videtes deum filios israel
(populo) fide et caritate (appropinquanti sibi)

Psalmus. **C**xliv. in quo monet ad laudem dei.
Propheta exhortans fideles ad nouum canticum ait.

Cantate domino canticum nouum) ^{de operi-}
bus nouiter factis in tempore gratie. scilicet quia mater fuit **V**irgo. quia
deus homo factus sit et quia repatus sit mundus per passio-
nem filii eius. **I**tem de nouis mandatis ut dilectione inimi-
corum / de nouis consiliis ut de abiectioe temporalium / de nouis pro-
missis. ut de adoptione celestium bonorum (laus eius) id est
ei grata est (quoniam ecclesia catholica et a sanctis fit)

Cantate dico in ecclesia et. **L**etetur populus cristia-
nus) spe interiori cordis leticia (in eo qui fecit eū) in esse
nature et in esse gratie (et ecclesie fidelium exultent in
cristo rege suo) et sacerdote.

Laudet nomē eius in choro) .i. in concordia morū et vni-
tate caritatis (in timpano) .i. in mortificatione carnis (et
psalterio psallat ei) .i. ope opleatur qđ voce cātatur.

Psallite et cātate. **Q**uia bñplacitū ē dño in pplo suo)
bñplacitū ē cū ouertit auersū/ cū iuuat pugnāte/ coro-
nat vīcētem (et exaltabit māfuetos in salutē) eternam.
Vnde sequitur. **E**xultabūt sancti in gloria) qz facta
resurrectione nō tm in aīa s; in corpore etiā erūt gloriofi
et qz tūc adimpletus erit omnis appetitus eorū (letabūt
in oīcijs suis) siue in celestib; mansiomb; distributis
eis scđm gradus beatitudinis eorum.

Exultabūt sancti dico hoc modo qz. **E**xultacōes) .i.
laudes dei cū exultacōe facte erūt (in corde eorū) et lin-
guis de omib; pfectib; suis attribuētes ei quicqđ boni
glorie et bonoris habet/ de pfectis viris subdit (gladij
scindentes ex vtraq; pte) .i. ptās iudicandi de malis de
quib; capietur vindicta (in manib; eorum)

Ad quid erūt gladij in manib; eorū. **A**d faciēdā vī-
ctā in nacōib; .i. in illis q̄ legē nō habuerūt (et increpa-
cōes in pplis) in illis q̄ male lege usi sūt. **E**t. **A**d alli-
gādū reges eorū) reges terre impios (in opedib;) in
eternis penis ex qb; nullo modo potuerūt se exsoluē (et
nobiles eorū) de omib; (in manicis ferreis) qz pumēt
manus eorū qb; in pñtia vita malū iniusticias intulerūt.
Quid singula enumerēs ad hoc gladios sancti habes-
būt in manib;. **U**t faciāt in regib; et pplis iudiciū)
nō qđ cūq; s; (sc̄ptū) in pñtia dei approbatū ab angelis

et in pluribus sacre scripture locis memoratum (gloria hec est
omnibus sanctis eius) perfectis qui per christum omnia terrena relique-
runt / ecce quanta gloria et gaudium tunc erit quando pauperes qui hinc
erant derisui habebunt potestatem iudicandi in superbos.

Psalmus. Cl. in quo monet ad laudem
dei propter beneficium glorificationis.

Propheta invitans ad laudandum deum in sanctis iam
in celesti iherusalem receptis ait.

Laudate dominum in sanctis eius

id est in consideratione sanctorum quos ipse misericordi-
ter iustificavit et mirabiliter remuneravit (laudate) etiam
in consideratione (firmamenti virtutis eius) id est pro eo quod
mortem ipsam cum auctore suo nequissimo potentie sue virtu-
te vicit et credentes ad celum perduxit. **L**audate eum
in virtutibus eius id est per gloria angelicis virtutibus da-
ta qui sunt eius creatione quo ad naturam et confirmatione
quo ad gratiam (laudate dominum secundum multitudinem magni-
tudinis eius) id est secundum gloriam magnam quam extendit ad mul-
titudinem electorum ex diversis partibus mundi vel lau-
dantem deum sine fine sicut magnitudinis eius non est finis.

Propheta quomodo sit deus laudandus per similitudi-
nes mysticas ostendit dicens. **L**audate eum in sono
tube / laudate eum in psalterio et cythara / tuba concrepet
regi psalterium canat deo cythara cum reliquis instrumentis
canat sponso / laudate eum in sono tube quia vos in bello vin-
cere fecit conterente domino sathan sub pedibus vestris / lau-
date eum in psalterio quia vos implere legem prestitit /
laudate in cythara quia carnem vestram vivificavit.